

Peter Creisbach

**IN OBITVM || NOBILISSIMAE || PRINCIPIS, DORO=||THEAE, SERENISS. REGIS  
DA=||NORVM FRIDERICI PRIMI FILIAE,|| Illustriſ. Principis et Domini, Dn. CHRI-  
||STOPHORI Ducis Megapolensis,|| etc. coniugis illuſtriſ.|| CARMINA  
LVGVBRIA.||**

Rostock: Lucius, Jakob d.Ä., 1575

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn89542391X>

Druck Freier  Zugang



DIVO  
RVDOLPHO



ROM. I MP.

1-4  
202

Compt

2  
11

A Schriftkoben  
s. d. A.

100 9/10 in Messel  
am in Strauch einget.

1. in Kisten  
4 " "

nrk-1366/2<sup>1-4</sup>

\* XXXVIII. Qu. 72

X. 6676

Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock

















IN OBITVM  
NOBILISSIMAE  
PRINCIPIS, DORO-  
THEÆ, SERENISS. REGIS DA-  
NORVM FRIDERICI PRIMI FILIAE,  
Illustriss: Principis & Domini, Dn. CHRI-  
STOPHORI Ducis Megapolensis,  
&c. coniugis illustriss.

CARMINA LVGVBRIA.



ROSTOCHII

Anno ∞ D LXXV  
X. KAL. Xbris.





*Terrifici è vultu sublimia cornua Taurj,  
Ista Duces Henetùm ,generosaq; pectora signant.*

Rostock



*Nobile Dorotheæ genus, atq; insigne vetustum  
Aspice Cimbrorum, Regumq; à stirpe profectum.*

ELEGIA CONSOLATORIA

AD ILLVSTRIS.  
PRINCIPEM ET DOMINVM,  
DN. CHRISTOPHORVM, DVCEM MEGA-  
polensem &c. mortem Illuf. DOROTHEAE ex re-  
gio Danorum ftemmate prognata, con-  
iugis lugentem.



*A*nxia prodigijs turbatus pectora  
Ceyx

Cum parat ad Clarium nauibus  
ire Deum.

Aequore subruitur, falfisq; immer-  
gitur vndis,

Alcionemq; vagis linquit abactus aquis.

Interea coniunx tantorum ignara malorum,

Pro charo Superis dat pia thura viro.

Proq; viro qui nullus erat, Iunonis ad aras

Profectura parum munera fida tulit.


Hausit vbi verò Thaumantidos edita, triftis

Obriguit coniunx exanimata metu.

Muta metu nimio, buxoq; fimillimus ora

Pallor obit, rigidus membra fubitq; pauor:


Flauen-



Flauentes lacerata comas , introrsus obortas  
Sæpius heî lachrymas deuorat ipse dolor.  
Singultuq; piâs interrumpente loquelas,  
Tristia pro uerbis hæc modo signa dedit.  
Et nimio Alcionis tandem exuperante dolore  
Pro Ceyce suo maluit ægra morj.  
Nec mora , nec requies mæstæ conceditur vnquam  
Alcioni , rabidas donec obiuit aquas.  
Hic ubi perpetuò crepitanti dulcia rostro  
Basia Ceyci figit amica suo.  
Alite mutati Superis miserantibus ambo,  
Ales & in tumido uiuit uterq; freto.  
Fædus in alitibus nec coniugale solutum est,  
Dulcis amor dulces sed manet inter aues.  
Inchyte non aliter Princeps Megalepolis altæ,  
Vidisti niuea ut coniugis ora tuæ.  
Pallida vicino iam iamq; & funere membra,  
Credibile est lachrymis obriguisse genas.  
Humectasse simul lachrymis te grandibus ora  
Sæpius , & fletus te renouasse tuos.  
Et flêsti , & faciles generoso in pectore motus  
Cœpisti , & tetigit nobile pectus amor.


A 3

Scilicet



Scilicet insignes inter fuit Heroinas  
Dorothea eximio stemmate nata tua.  
Seu Proanos Atanosq; iuuat lustrare vetustos,  
Inter eos Regum nomina clara patent.  
Balthica Danorum Fridericus littora flectens  
Rexq;, paterq; simul coniugis huius erat.  
Aspice Germanos Cymbris qui fascibus equis  
Imperitant, quorum nomina magna patent.  
Alter vt insignis Senior Pietate, Fideq;  
Virtutis specimen munera celsa facit.  
Iustitiae, belliq; simul sic laude laborum  
Alter ad arctoam surgit ad vsq; plagam.  
IOHANNES meritis, ast bellis acer ADOLPHUS  
Lumina Cimbriacae gentis honosq; duo.  
Tu quoq; magnanimum prognate e stirpe virorum  
Inter honoratos dinumerare Duces.  
Christophore insignis longè praestantibus ausis  
Nomina non meritis magne minora tenes.  
Heroina tibi Heroi clarissima iuncta est,  
Iuncta fuit, nitido sed modo iuncta polo est.  
Quae meritis dignos superauit laudibus annos,  
Sexum animo, morum nobilitate genus.

Exitit.



Extitit illa Deire, nomine, nobile donum  
Donum si rogitas? extitit illa Dej.  
Ab mihi, quæ Superi dederant tibi munera, rursus  
Eripuere tibi, deposuere polo.  
An tua non Pietas, an non tua strenua virtus  
Flectere cœlicolas dic potuere pios?  
Non Christum gestasse humeris tibi profuit, vltro  
Quando pios, doctos, templa, scholasq; foues?  
Profuit: at Superi cælo tam nobile donum  
Dignati, merito deposuere loco.  
Non indignus eras tanto quod munere Princeps,  
Sed magis quod cælo dignius illud erat.  
Ergo age magnanime Heroum celeberrime Princeps  
Reddito Dorotheam, quam Deus antè dedit.  
Reddito, tristis edat dolor haud tibi nobile pectus,  
Reddito, reddetur postmodo namq; tibi.  
Vtq; suis præstat Rex mite nepotibus æquor  
Aeolus, & cohibet prælia dira maris.  
Sic Rex æthereus nitidis vos iunget in astris  
Nullaq; disiungent tempora, nulla dies.

EPI





EPICEDION,  
PIETAS ET PARCÆ COL  
LO QVVNTVR.

Piet.

**N**escio quæ referant vultu tres signa So-  
rores?

Dicite lanificæ gaudia vestra Deæ:

Par. Dorothea in casses cecidit clarissima nostros,  
An rogitas? magni Principis vxor erat.

Piet. Crudeles animæ, quid vobis iuris in illa  
Dicite, non Superum nobile munus erat?

Par. Munus erat. Superis moritur mandantibus illa,  
Munus ad Authorem qui dedit antè, redit.

Piet. Dicite, non Pietas, operosaq; profuit illj  
Gloria virtutis, stemmatis ipse decor?

Par. Profuit, & Superis placuit mens dedita cælo,  
Idq; suo repetit munera iure polus.

Piet. Ergò iacet donum Diuorum nobile, letho  
Submersumq; ruit, quod dedit ipse polus?

Par. Non iacet, astit viuit Superum tam nobile munus,  
Viuit in æthereo, sed sine, sine polo.

Quæ

*Piet. Quæ miseræ vobis igitur modo gaudia restant,  
Pro nece, si vitam vos sine fine, datis?*

*Par. Nulla: sed ætherei nunquam fas scita Senatus  
Flectere, sed summo iure subire decet.*

*Piet. Principis at Pietas, & Principis ardua virtus  
Digna suo tali munere iure fuit?*

*Par. Digna fuit: sed ei tali pro munere reddent  
Dona eadem nullo Dij peritura die.*

### EPITAPHIUM.

**V**ixit & excessit rebus Dorothea cadu-  
cis,  
Sic & in extinctis florida vita ma-  
net.

*Danorum eximio Friderico à Rege profecta  
Aequavit meritis nobile stemma suis.*


*Non Pietate minor, factis quam diues honestis  
Inter erat sacras lucida stella Deas.*

*Nobile sidereo prolatum munus ab axe,  
Concessum insigni quod fuit ante Duci.*

*Dorothea exuias solidata condidit urna  
Corporis, at cæli Spiritus astra tenet.*

B

Felix



*Felix morte sua, Christum quæ iuncta gerenti,  
Quem vir ut ante tulit, sic modo leta videt.  
Quisquis es, optato requiem, pacemq; iacenti,  
Et tua dic semper molliter ossa cubent.*

AD  
M. ZACHARIAM VVELSIVM  
VIRVM CLARISSIMVM.

**M**agne vir egregij fleclis qui Principis  
acta,  
Ab nimium tristem nunc moderere  
Ducem.

Nobile pectus edat dolor ut non Principis, utq;  
Temperet à lachrymis, tristitiaq; sua,  
Consolare Ducem sublata coniuge tristem,  
DOROTHEA æthereo nanq; recepta polo est.

M. ANDREAS VVENCELIUS  
Silesius.

IN



IN OBITVM  
DOROTHEÆ, EX SE-  
RENISS: REGVM DANIAE  
STEMMATE PROGNATAE, ILLVSTRIS-  
sini Principis & Domini, Domini CHRISTO-  
PHORI, Ducis Megapolensis &c. Con-  
iugis & Heroinae illu-  
strissimae.



BALTHES ET VARNVS.

**N**uncia finitimas volitarat fama per  
oras,  
Pieridesq; Deas, atq; humida stagna co-  
lentes  
Naiades implebat vitreo sub gurgite  
Nymphas,

Formosam imperio Parcarum nuper Iolæ  
Dorotheen raptam & superas tranasse per auras  
Iamq; adeò Oceano Balthes pater abditus alto  
Tristia sub gelidis magnæ perceperat undis  
Funera Dorotheæ, sortemq; insignis Iolæ,  
Vitrea mox lachrymis humectans grandibus ora


B 2

Glauca



Glauca per æquoreas distorsit lumina sedes,  
Egrediensq; vagis madidum caput extulit undis,  
Sustentans tremulos baculoq; seniliter artus,  
Vertice muscoso, cannisq; palustribus vdos  
Cinctus, honoratus metitur tramite gressus,  
Humidaq; Oceani rellinquens atria magni,  
Ad Varnum deflectit iter, Roseasq; Sorores.  
Centum illum Eridani, centumq; ex agmine Nympha  
Thetyos, & centum Neptuni ex agmine regis  
Tristibus vnà equidem gradientem passibus æquant.  
Atq; vbi quam primùm bifidas ad littoris oras  
Constitit, & madidas in fulua fixit arena  
Ipse pater soleas, magna sic voce profatur:  
Varne precor Roseis madidum caput effer ab undis,  
Varne precor, seu te numerosus forte tuarum  
Sedibus in Roseis Nympharum detinet ordo,  
Seu nunc summa tenent te forte negotia Varne,  
Varne veni, & nostras lachrymis edisce querelas  
Dixerat: insonuit Rosei vaga regia Varni,  
Et tremulis subito digitis contexta Dearum  
Labuntur, metus acer agit timidissima corda,  
Atq; vnà, nam fortè sacras pater ipse Camænas


Hospi-




Hospitio Varnus, lepidisq; exceperat escis,  
Pectora turbantur: madidis tunc Varnus ab antris  
Ceruleo remouet volucres de vertice lymphas.  
Cunctæ illum Roseæ stipabant ordine Nymphæ,  
Et chorus Aonidum, excellens & turba sororum  
Thespiadum, & sacra præcinctus arundine Phæbus  
Tempora: quid lachrymæ pater ô mœstissime Balthes  
Varnus ait signant? magni quæ causa doloris?  
Quodue iter? Oceani quidue hæc migratio regni?  
Vix ea: cum Balthes largo terram irrigat imbri,  
Fletibus innumeris, lachrymis & tristibus acrem  
Aggrauat, atq; iterum atq; iterum renouando dolorem  
Accendit, flent vnà omnes & Naiades omnes,  
Et quæ antè Eridanus, quæq; & circumflua magni  
Regia Neptuni dederat, quæq; optima Ibetys  
Agmina: sed multò concretam in pectore barbâ  
Flumine contrectans, inquit, tua funera tene  
Varne latent? tua te fallunt incommoda regem?  
Nobile qui meritus nomen quæsiuit Iolas,  
Stemmata sublimis caput inter nubila condens,  
Terrifica è vultu torui cui cornua Tauri  
Insigne, ac Henetæ veteris qui fortia gentis

• B 3

Sceptra






Sceptra tenet finesq̄ meos finesq̄ tuorum  
Acer & insignis per cuncta pericla tuetur,  
Cui genus & Proavi & gentis duo lumina fratres  
Cimbriacæ eximij, IOHANNES alter ab illo  
ALBERTVS, qui cuncta pijs largissimus vltro  
AVGVSTO, dedit, & cumulauit dona Camœnis.  
Alter VDALRICVS magnis clarissimus actis,  
Et iusti rectiq̄ tenax, quo præside nunquam  
Dura nimis referent tristes sibi regna coloni.

Omnia quid memorem? paucos qui iuncta per annos  
DOROTHEA insigni coniunx sociatur Iolæ,  
Vt Rosa quam rigido proscindit vomere durus  
Rusticus, eruitur capitisq̄ amittit honorem.

DOROTHEA baud aliter seuis pulcherrima Parcis  
Fila rescindendo, in medio prob labitur ægra  
Cardine iam vitæ, & dulcem rellinquit Iolam.

DOROTHEÆ vocem trepidanti pectore Varnus  
Hausit & vt tristis sortem cognouit Iolæ,  
Defecit, terramq̄ super vultu occubat ægro,  
Et nimium tandem curis ingentibus æclus  
Obstupuit, veluti Getulis vallibus acer  
Cum lopus insequitur balantem cursibus agnum

Labi-



Labitur, & vultum subiecto in littore turpat.  
Sustentant alij regalia membra ministri,  
Atq; solo releuant corpusq; artusq; trementes.  
Tandem vbi mens redijt lugubribus ora querelis  
Solvit & inmites Superos, Parcasq; nefandas  
Diēlitat, hinc fatur: Sic te, sic strinxerit aures  
Fama tuas prius & nostrum vulgauerit vudis  
Oceani, Balthes, crudelis fama, dolorem?  
O pater ô Balthes restant mea vulnera, restant,  
DOROTHEA insignis quæ te modo fata tulerunt?  
Quis DEVS hoc ausus? quis tam crudelia facta?  
DOROTHEEN iuga, DOROTHEEN caua littora clamant,  
DOROTHEEN valles, & stridula personat vnda.  
O dolor ô lachrymæ, non hoc insignis Iolas,  
DOROTHEA & minime merita est, decus omne meorum  
O dolor ô lachrymæ, quænam præconia primùm  
Ordinar? aut satis est lachrymis accommodus vdis  
Quis locus? vnde genus quo sese æquabat Olympo  
Cimbriacum? fascēsque adeò per littora noti  
Oceani? pater vt magnus regalibus ausis  
Acer & inuictus Danorum fertile regnum  
Piscosāsque vnà, claras & mercibus oras


Norue.



Noruegia imperio sedatus flexerit vnus?  
Quid loquar vt primus FRIDERICUS nobile propter  
DOROTHEÆ genitor, pectus, tam plebis amorem  
Quam magnum & clarum nullaq; immobile fraude  
Quæſierit regnum? qualesq; creavit alumnos,  
Insignes pietate Duces, per Cimbrica fasces  
Regna gerunt fortes, iusto & qui pectore iustos?  
IOHANNES, quo nemo prior pietate, nec alter  
Insignis virtute magis, nostro extitit æuo,  
Qui Superum exacto meditatur pectore iussa,  
Et dia exequitur magnus virtutis amorem.

Alter in aduersos victrici magnus ADOLPHVS  
Dextera, & egregijs virtutibus alter Achilles,  
Scipiadas, Fabiosq; inter fortesq; Camillos  
Inuenit ille locum; sed quid mea vulnera narro,  
Infandumq; simul studeo renouare dolorem?  
DOROTHEA eximio Rege & prognata parente  
Regia mente equidem facta optima condidit alta,  
Et magno incumbens semper Pietatis amorj  
Æthera raptabat mentem super, omnia spernens  
Spontè animo insigni, vano huic affinia mundo,  
Et quid grande decus formæ, quid grande pudoris

Extule=



Extulerim munus? quo magnum pectore Iolam  
Arserit? ut cunctis benefecerit, omnibus utq;  
Profuerit, nulli obfuerit, benefacta putarit  
Lucrum ingens, dotem solam pietatis amorem?


Sæpius at contra mœrenti ex pectore Balthes  
Dat gemitum, modo communem qui Varne dolorem  
Enumeras, inquit, lachrymis absistito tandem,  
Vera refers, nec erit quicquam me iudice falsum  
Id vidi innumeros iuuenesq;, virosq;, senesq;  
Prolixa lugere toga, vidi ordine Nymphas  
Vestibus, & multas discinctis ire capillis.  
Prima fuit Pietas, pulla soror altera veste  
Liuebat Virtus, hinc blandæ gratia formæ  
Custus Amor, dulcis nec non Concordia flebant,  
Vnguibus inq; genas infestis sæpè ruebant.  
Hinc alios vidi Heroas, vidi ordine multa  
Corpora Nobilium palla succincta dolere  
Funesta, & lachrymis sæpè indulgere profusis.  
At nos, cum meritis sit laudibus Heroina  
Dotata, & meritis semper dotabitur ipsa  
Laudibus, insignem verbis solemur Iolam.

Nos quoq; si qua potest nostrum lenire dolorem

C

Vlla





*Vlla dies , laudes semper venientibus annis  
Illius , ipse meo , Roseo tu gurgite vero  
Dicemus , quas nulla dies neq; supprimet æuum,  
Inscribentq; pij florenti hæc carmina cedro  
Carmina perpetuo verè durantia Vates.*

*Hæc Balthes & se iactu dedit æquor in altum,  
Atq; iterum Varnus spumantia regna reuisit,  
Aurea DOROTHEÆ referentes munera sanctæ.*

M. PETRVS CREISBACHIVS.  
Dithmarsus.





Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to be organized in several lines.

M. ANDREA WENGBERDIO  
S. S. S.



Handwritten text at the bottom of the page, possibly a date or a signature. The text is very faint and appears to include the Roman numeral 'LXXVI'.





*Handwritten mark or signature*










Cl. Boh. 8049

*[Faint handwritten text and musical notation]*

Hist. 8049



M  
A

EL  
DE FRA  
RERV ET  
HV

ITATE  
PTATVM



Aerule  
Ign  
Lunag  
Prod  
Cum solitum reperens cu  
Pieridas reuoco sub  
Qua musco cinctus gra  
Neuela, piscoso vo  
Et regis Arctoas, Hene  
Bucephali in Clype  
Cumq; dabam Musis op  
Mentibus occurrunt  
Qua Doctore Paro didi  
A Duce qua CRA  
Cum faceret studijs Re  
In quo IAGEL  
Tunc animo voluens  
Cogito natura para  
Quid fremius tristes i  
Horrida quid mult  
An subeant terras to  
Quid generet lon

ndere Teibhos un  
ncipiebat equos,  
mens de lumine lu  
nsficienda rotis:  
aborem,  
as.  
s vluis  
quas,  
tus vrbes  
nigri.  
vacabam,  
meis.  
s in vrbe,  
omen habet,  
a, finem  
rpis habet.  
era Phæbi  
a gignat,  
e creet:  
e stelle,  
yna trabis.

B Vnde

